

Lex municipii Salpensani.

6088 [R. *Ut magistratus civitatem Romanam consequantur.*

XXI. . . *Qui Ilvir aedilis quaestor ex hac lege factus erit, cives Romani sunt, cum post annum magistratu*] || abierint, cum parentibus coniugibusque hac liberi¹, qui legitimis nuptis quaesiti in potestatem parentium fuerunt², item nepotibus ac neptibus filio | natalis³, qui quaeque in potestate parentium fuerint: dum ne plures^{3a} c. R.⁴ | sint, qua⁵ quod ex h. l.⁶ magistratus creare oportet.

R.⁷ *Ut qui civitat. Roman. consequantur, maneat in eorundem m. m.⁸ | potestate. |*

XXII. *Qui quaeque⁹ ex h. l.⁶ exve ex¹⁰ edicto imp. Caesaris Aug. Vespasiani, imp.ve Titi | Caesaris Aug., aut imp. Caesaris Aug. Domitiani, p. p.¹¹, civitatem Roman. | consecutus consecuta erit: is ea in eius, qui c. R.¹² h. l.⁶ factus erit, potestate | manu mancipio, cuius esse deberet si civitate Romana¹³ mutatus | mutata non esset, esto, idque ius tutoris optandi habeto, quod | haberet, si a cive Romano ortus orta neq. civitate mutatus mutata esset.*

R. *Ut qui c. R.¹⁴ consequentur, iura libertorum retineant. |*

XXIII. *Qui quaeve¹⁵ h. l. exve edicto imp. Caes. Vesp. Aug. imp.ve Titi Caes. Vespasian. Au. | aut imp. Caes. Domitiani Aug. c. R. consecutus consecuta erit: is in | libertos libertasve suos suas paternos paternas, qui quae in c. R.¹⁴ [n]on | venerit, deque bonis eorum earum et is, quae libertatis causa inposita | sunt, idem ius eademque condicio esto, quae esset, si civitate mutatis¹⁶ | mutatae¹⁷ non esset.*

R. *De praefecto imp. Caesaris Domitiani Aug. |*

XXIII. *Si eius municipi decuriones conscriptive municipesve imp. Caesaris¹⁸ Domitian. | Aug. p. p. Ilviratum communi nomine municipum eius municipi detulerant¹⁹, imp.ve²⁰ Domitiani²¹ Caesaris²² Aug. p. p. eum Ilviratum receperit | et loco suo praefectum quem esse iusserit: is praefectus eo ve²³ esto, quo | esset si eum Ilvir. i. d.²⁴ ex h. l. solum creati oportuisset, isque ex h. l. solus | Ilvir i. d. creatus esset.*

1) *Scr. ac liberis*, 2) *fuerint*, 3) *natis*. — 3^a) *Prohibetur ne subrogationibus maior numerum municipum ad civitatem perveniat. Cf. Mommsen Stadtr. p. 405 not. 58; Hirschfeld zur Gesch. des lat. Rechts p. 5.* — 4) *Cives Romani*. — 5) *Scr. quam*. — 6) *Hac lege*. — 7) *Rubrica*. — 8) *Mancipio manu (mom est in aere)*. — 9) *Scr. quaeve*. — 10) *Dele ex*. — 11) *Patris patriae*. — 12) *Civis Romanus*. — 13) *Dele Romana*. — 14) *Civitatem Romanam*. — 15) *Inserere ex*. — 16) *Scr. mutatus*, 17) *mutata*. — 18) *Scr. Caesari*. — 19) *Scr. detulerint*. — 20) *Scr. imp.que*. — 21) *Scr. Domitianus*, 22) *Caesar*. — 23) *Scr. iure*. — 24) *Iure dicundo*.